ſui ꝯditoꝛis receſſit. Quottidie adhuc iſta dra
gma ꝑdiṫ. vel ī puluē diuitiaꝝ. vel ī luto luxu-
rie. vel ī diuerticulo erroꝛis cuiuſcūqꝫ. Accēdit
aūt mulier lucernā. qꝛ dei ſapīa apparēs ī car-
ne. lumē deitatis accēdit ī teſta nr̄e moꝛtalita-
tis. ad q̄rēdū hoīez ꝑditū. ⁊ reducendū eū ad be
atitudinē. Iſta ṽo lucerna accenſa refulſit mi
racul'. īflāmauit dictis. illuīnauit exempl'. col-
locat⁹ eī erat hō ī obſcuris ⁊ vmbra moꝛtis. vn
de iſtā opoꝛtuit accēdē lucernā. Et euertit do-
mū ꝯſcīe. qꝛ mox vt eius diuitas ꝑ carnem cla
ruit. omnis ſe noſtra conſcīa cōcuſſit. Et que-
rit diligēter. diligenter eñ queritur. qd̄ ītime
diligiṫ: ſi ṽo oſtendit xp̄c dilectōz ſuaz ad nos
vt aīaz ſuā ꝑ noſtra redemptōe poneret. Unde
ſubdiṫ. donec īueniat: qꝛ nō deſtitit querere do
nec inueniret. queſiuit eñ vſqꝫ ad contūelias.
vſqꝫ ad minas. vſqꝫ ad flagella. vſqꝫ ad moꝛtez
vſqꝫ etiam ad inferna. Nec miꝝ ſi eam inuenit.
quam vbiqꝫ etiā vſqꝫ ad īferna. cū diuitatis lu
cerna ardēti queſiuit. Euerſa ḡ domo īuenitur
dragma. qꝛ cum ꝑturbatur homīs conſcientia
reparaṫ in homīe ſimilitudo creatoꝛis. tūc eñ
ꝯſueta reliquūṫ vicia. vt reluceat ẏmago ꝯdi
toꝛis. Et cū īuenerit ꝯuocat amicas ⁊ vicīas. ſ.
ſuꝑnas virtutes. que amice ſūt vt exequentes
volūtatē ipſius. ⁊ vicine. qꝛ ei ꝑ gr̄az ꝯtinue vi
ſionis appꝛopīquāt. Quas ad cōgaudendū īn
uitat. ⁊ gaudij ꝑticipes facit. qꝛ ꝯgaudēt de pec
catoꝛibus ad eum conuerſis. Cū de⁹ de ſeīpo ha
beat gaudiū. ⁊ angeli gaudeāt ī eo: gaudent tñ
etiā de ꝯuerſione penitētiū. quādo illud qd̄ pre
deſtīauit ipleṫ. nec illud gaudiū eſt deo nouuz
aut tēpale ſed eternū. angeli ṽo q̄bus effect⁹
p̄deſtinatōis inoteſcit de noſtra ꝯuerſione. tem
poraliter gaudēt. Xp̄c etiam gaudet ſuꝑ ꝯuer-
ſione peccatoꝛis. ꝓpter duo. Primo qꝛ ꝑ pn̄iam
ira ſua placaṫ. Secūdo. qꝛ p̄ciū ſāguīs ſui ī eo
nō fruſtraṫ. Eſt aūt tātū gaudiū xp̄o de ꝯuer-
ſiōe peccatoꝝ. ꝙ ſi nō ſufficeret ſua paſſio. rur-
ſus pati ⁊ moꝛi eſſet parat⁹. Unde beat⁹ Dyo-
niſi⁹ ī epiſtola quadā ſcribit. ꝙ cū q̄dam infide
lis hominē fidelem a fide auertiſſet. carpus q̄-
daz vir magne ſanctitatis adeo moleſte hoc fe
rebat. vt vtrūqꝫ igne ꝯburi deum rogaret. Cui
circa noctis mediū appuit xp̄c ī aere cū mlt̄i-
tudīe āgeloꝝ. ī terra ṽo apparuit foꝛnax cū ſer
pētib⁹ accenſus. ad quem trahebāṫ illi duo ho
mines. Carpo ergo petente ardēti deſiderio. vt
mitterenṫ ī foꝛnacem. ⁊ moleſte ferēte dilatio-
nem. ecce xp̄c miſerat⁹ deſcēdebat a ſolio ī terrā
et extenſis maībus homines illos eripuit. ele-
uataqꝫ māu dixit. Carpo iterꝝ ꝑcute me. lācea
pat⁹ ſū rurſū pati ⁊ moꝛi ꝑ homīb⁹ ſaluandis.
Et ſubiūgit domin⁹ cōcludendo. Ita dico vobiſ
gaudiuz erit angelis dei qui ſūt vicini et amici

xp̄i. ſuꝑ vno peccatoꝛe penitentiaz agente. Nā
aīa viciorū laqueis capta ⁊ ſtricta. cū ſe corri-
git ⁊ p̄ora peccata reliq̄t. tā celicolas q̄ xp̄ico-
las hilares facit. Un̄ dern̄. Deniqꝫ gaudēt ī cō
uerſiōe et pn̄ia peccatoꝝ. ſalutē hoīm ſitientes
lacrime peīētiū vinū eoꝝ. Hoc certe vinū leti
ficat coꝛ hoīs. hoc ꝯſtat ⁊ angelos bibē cū leti-
cia. hec Dern̄. Et ſi angel' tātū gaudiū ē ꝑ pec-
catoꝛe. q̄ ꝓpa pc̄ta damnat. q̄tū eſt eis gaudiuz
ꝑ iuſto. q̄ alioꝝ peccata plāgit. Conſidera hic.
quāta debet eſſe penitētia: vt ꝑ eam accēdaris
nec toꝛpeas: ⁊ totam domū. id eſt mētem et con
ſcientiam euertas. vt dragmaz vſqꝫ ad nouiſſi
mū puluerē īquiras: diligēter nō pigre. nō mo
rari donec īuenias. Moraliter mulier poteſt
dici preſidēs. tū ꝓpter fecūditatē. tū ꝓpter piende
difficultatez hui⁹ mulieris. dragme ſūt aīe. dei
ẏmagine īſignite: quaꝝ ſi vnaz ꝑdiderit: debet
accendere lucernā. ſ. orando. meditando. ſācte
viuēdo. ⁊ vertere domū cōſcīetie peccatoꝛis. fer
uoꝛe p̄dicatōis. terroꝛe ꝯmīatōis: ⁊ querē dili-
gēter. donec īueniat. qd̄ fit qn̄ ad penitentiā re
ducit. Terciaz q̄ꝫ de eodem ⁊ exp̄ſſi⁹ addit pa
rabolā. ſ. de filio pꝛodigo. q̄ facultatib⁹ conſū-
ptis ⁊ ꝑditis ad patrē reuerſus. ſuſcept⁹ ē ab eo
⁊ honoratus: qꝛ homo nō ſolū eſt ouis cara pa
ſtoꝛi. nō ſolū dragma p̄cioſa mlīeri. ſed viſcero
ſe caritatis fili⁹ cariſſim⁹ patri. De⁹ eñ pater
hoīem ad ẏmaginē ⁊ ſimilitudinē ſuaz creauit
vt poſt āgelos exp̄ſſioꝛi ſilitudine p̄ ceteris cre
aturis fili⁹ dei dicaṫ. Ideo null⁹ q̄tūcūqꝫ puſil-
l⁹ eſt cōtemnēdus. cum ſit ſūmi regis filius. p̄-
ſertim ille cui dedit fidem ⁊ gratiam. ꝑ quā ē fi
lius adoptōis. Et ſi poſt ſuſceptā fidem ⁊ gra-
tiam q̄ ipm ex dono dei cōtigebat vixerit luxu
rioſe. ꝑ culpā gratiaz ꝑdēdo. vel ſpūaliter foꝛ
nicat⁹ fuerit fidē deſerēdo. adhuc nō eſt cōtēnē-
dus: adhuc a xp̄i ⁊ eccl'e gremio nō eſt eijciēd⁹
Quia ſi penituerit et humil'r redierit. adeſt de⁹
pater miſeratoꝛ ⁊ miſericoꝛs. q̄ nō letaṫ ī ꝑditō
ne filioꝝ: ⁊ occurrit penitēti. et dat oſculū pie-
tatis ⁊ amoꝛis. In cui⁹ receptōe gaudet tota ce
leſtis curia. q̄ eñ moꝛtuus fuerat īfidelitate ⁊
culpa. viuit fide ⁊ gratia: ⁊ q̄ ꝑierat erroꝛe. īuē-
t⁹ ē xp̄o paſtoꝛe oīm req̄rēte. Per hāc ḡ ꝑabo-
lā daṫ ītelligi benigna pc̄toꝝ a deo receptō. ex
quo ſcd̄m Lucā vult habē. ꝙ null⁹ debet īdigna
ri ſi benigne recipit pc̄toꝛes. In hac aūt pa-
bola. vj. tangūṫ. p̄mo ſtat⁹ nature ⁊ vtuſqꝫ filij
coīs ꝓpagatō. ibi. hō q̄daz habuit duos filios.
ſcd̄o lapſ⁹ culpe ⁊ adoleſcētioꝛis a pr̄e receſſio.
ibi. dixit adoleſcētioꝛ pr̄i. tercō loc⁹ pnīe ⁊ eiuſ
dē poſtmodum reuerſio. ibi. ī ſe aūt reuerſus.
q̄rto mun⁹ gr̄e ⁊ reuertētis a pr̄e benigna ſuſce
ptio. ibi. cū aūt adhuc longe eſſet. quīto ſtimu-
l⁹ īuidie. ⁊ de ei⁹ iocūda ſuſceptōe ſenioꝛis indi-
gnatō. ibi. erat aūt filius ei⁹ ſenioꝛ. ſexto virt⁹
doctrine ⁊ indignatōis ei⁹ ratōnabilis ſedatio
ibi. pater ḡ illius. Poteſt autē hec parabola
exponi de populo iudaico ⁊ gētili. vl' de inocēte
ſeu iuſto tepido. ⁊ de peccatoꝛe peītēte deuoto.

Judaico inquã vel iuſto ↄquerente de dño dã⸗
te maiorẽ grãm vel deuotõis feruorẽ gẽtili vel
penitẽti q̃ ſibi. Homo ḡ iſte de quo hic dicitur
xp̃c eſt qui habuit duos filios.i.duos populos
ſcꝫ iudaicuꝫ ⁊ gentilem. qui ſunt filij dei q̃tum
ad eius ymaginem. vel eius filij ſunt om̃s xp̃i⸗
ani ꝑ eius baptiſmũ regenerati. quoꝝ tñ aliq̃
ſunt iuſti ⁊ aliqui peccatores. Et dixit adoleſcẽ
tior.i.gentil' ꝓplus. vnde ⁊ popul' iudaic' voca
tur ĩ exodo filius dei p̃mogenit'. vel adoleſcẽ⸗
tior.i.peccator. qui iuuenis eſt moribus. et pe⸗
tijt a p̃re portõem ſue ſubſtantie: vt recederet
a dei p̃ris lege: ⁊ ageret ꝑ libito volũtatis ſue.
ac regẽt ſe ꝓpria volũtate. Et diuiſit il' ſubam
quia dona ſua omnib' largit̃. licꝫ diuerſimode
⁊ dimittit quẽlibet agẽ ſm̃ arbitrij libertatem
Adoleſcẽtior vo fili' ꝓfect' ẽ ĩ regionẽ lõginquã
nõ local'r a deo p̃re celeſti. q̃ vbiq3 ẽ recedẽs: ſꝫ
ꝑ multiplicatõem pc̃ti: ſe a p̃re ⁊ patria celeſti
elõgãs: ⁊ ibi.ſ.ĩ regione pc̃ti diſſipauit ſubam
ſuã. ꝑ peccatũ bona g̃re ꝑdẽdo: ⁊ bona nature
peiorãdo: viuẽdo luxurioſe luxuria ĩteriori q̃ ẽ
fornicatõ ſpũal'. ⁊ maxie ydolatria: et luxuria
exteriori q̃ eſt fornicatõ corporal' ⁊ manifeſta.
Peccator ergo a patre ſuo celeſti recedit. q̃ndo
mortal'r peccat: ⁊ tũc ĩ regione longinq̃ eſt: q̃
lõge ẽ a peccatoribus ſalus: ⁊ tal' luxurioſe cõ
ſumit ſuam ſubam. quãdo ſenſus ſuos et vires
cõuertit ad maliciã. Et poſtq̃ ↄſumaſſet.i.cõ⸗
ſumpſiſſet oĩa ornamẽta nature. tã naturalia
q̃ g̃tuita: facta eſt fames valida in regiõe illa.
q̃ in regione peccati fit magnus defect' pabuli
diuini. ⁊ fames bonoꝝ opeꝝ atq3 v̾tutũ: et ipſe
cepit egẽ.ſ.ſpũalibus bonis ⁊ virtutib'. eoruꝫ
fonte relicto: nã exiſtẽs ĩ mortali peccato: fit e⸗
gẽs om̃i ſpũali bono. Et abijt.ſ.profectu erro⸗
ris. ⁊ de malo ĩ peius ruendo. Et adheſit vni ci
uiũ regionis illius.ſ.dyabolo. qui eſt ciuis ĩ re
gione vmbre mortis: ⁊ miſit illũ ĩ villã ſuaꝫ.i.
in cupiditatẽ mundanã vel ĩ peccatoꝝ ſocieta
tẽ.i q̃ dñat̃ ſicut ĩ ꝓpria villa: vt paſcẽt porcos
id ẽ vicia q̃ fetida ſũt ⁊ imũda. Et cupiebat im
plẽ ventrẽ aĩe.ſ.affectũ de ſiliq̃s.i.cibo porcoꝝ
qui eſt carnalitas: ⁊ nemo illi dabat.ſ.ad ſatie
tatẽ. q̃ vẽter ipſoꝝ eſt inſatiabil'. demones em̃
ad hoc ſtudẽt: ne vnq̃ ſaturitas maloꝝ pueniat
In ſe aũt reuerſus.i.ad ꝓpriã cõſciam ꝑ ratõ⸗
nis dictamen a q̃ receſſerat ſeq̃ndo ſenſualitatẽ
homo em̃ ĩ peccãdo extra ſe egredit̃. q̃ limites
recte ratõis trãſgredit̃. ⁊ iõ penitẽdo ad ſe r̃uer
tit̃. Debet autem penitẽs ſc̃dm Grego. recogno
ſcere vbi fuit. q̃ ĩ peccato. ⁊ ideo debet dolẽ. vbi
erit. q̃ ĩ iudicõ. ⁊ iõ debet timere: vbi eſt. q̃ in
miſeria: ⁊ iõ debet gemẽ: vbi nõ eſt quia in gl'a
⁊ iõ debet ſuſpirare. In ſe ergo reuerſus: dixit
penitendo de peccatis ⁊ dolendo. Quãti mercẽ
narij.i.deo ſeruiẽtes ꝑ mercede eterna. ĩ domo
p̃ris mei.i.ĩ eccl'a ſeu ↄgregatõne iuſtorum. ha
bundant panibus ſpiritualibus. ſcilicet verbi
diuini et eukariſtie ſacramenti. ac pl'ib' v̾tuti⸗
bus ⁊ bonis. ego aũt hic fame pereo.i.penuria
omnis boni. quo priuatũ me ſentõ. Surgã de
luto culpe ꝑ infidelitatis vl' pc̃ti derelictioneꝫ.
quia iacebat. ⁊ ibo ꝑ conatuꝫ bñ operãdi ⁊ me⸗
lioratõem vite. quia lõge aberat: ⁊ ad p̃reꝫ me⸗
um a quo receſſerã. quia ſub principe porcorũ
erat: ⁊ dicã ei. recognoſcẽdo culpã ⁊ petẽdo ve
niã: pater ſcilicet ex natura quam dediſti mi⸗
hi. peccaui ſcilicet male viuendo ĩ celũ.i. corã
celeſti curia.ſ. angelis ſanctis: ⁊ iõ multum de
beo dolere ⁊ flẽ: q̃ eos ↄtriſtaui: et ſpẽal'r pec⸗
cator peccat ĩ ãgelũ cuſtodẽ ſuũ. q̃ ſp̃nit ei' cõ⸗
ſiliũ. vel ĩ celũ qd̃ ſcꝫ ꝑ culpam meam amiſi. et
ꝑ meã negligẽtiã nõ queſiui: ⁊ corã te.ſ. viden
te ⁊ ſciente. id eſt ĩ ipſo cõſcientie mee cõclaui.
vbi tui ſolius q̃ iudex meus es penetrãt oculi
⁊ iõ multum debeo erubeſcẽ ⁊ timere. q̃ pecca
ui añ oculos iudicis cũcta cernẽtis. Hic do⸗
cet̃ mod' ↄfitẽdi. q̃ eſt q̃ omne bonũ attribua⸗
m' deo. qd̃ notat̃ ibi. pater a quo.ſ. omne bonũ
habemus: ⁊ omne malũ qd̃ facimus attribua⸗
m' nobiſipſis. qd̃ notat̃ ibi. peccaui ĩ celũ ⁊ co⸗
ram te. Jam nõ ſũ dign' vocari fili' tuus. p̃mo
quia a te recedens te ↄtriſtaui. ſc̃do q̃ ymagi⸗
nẽ patris nõ honoraui. tercõ q̃ ſubſtãtie mee
ꝓdigus extra diſciplinã vixi. quarto q̃ ſeruuꝫ
alteri'.ſ. dyaboli me feci. quinto quia degener ĩ
moribus paſcendo porcos extiti. ſexto q̃ igra⸗
t' te ↄtẽpſi. Fac me ꝑ ↄdignã ſatiſfactõꝫ ſicut
vnũ de mercẽnarijs tuis.ſ. bonũ qui ſeruit ꝑ e⸗
ternis. nõ malũ qui ſeruit ꝑ t̃palibus. Quaſi di
cẽt. pat' ſũ ãmodo tibi ſatiſfacere ⁊ ſeruire ſpe
mercedis eterne. mercẽnari'.n. laborat ꝑ mer
cede. Ecce ḡ poſt cõtritõnem et cõfeſſionem ſa⸗
tiſfactõnis oblatõ. Hec eſt penitentia meditã⸗
tis in cõfeſſiõe peccati. nõdum tñ agẽtis: poſt
q̃ itaq3 ad neceſſitatem famis ꝑuenerat. ĩ ſe re
uerſus. pniam agẽ incipiebat. quia neceſſitas
ip̃m cõpellebat. In q̃ notare poſſumus dei cle⸗
mentiã. q̃ etiã pc̃tores cõpellit agẽ penitẽtiaꝫ
Jntantũ.n. nr̃am ſalutẽ diligit ⁊ q̃rit. q̃ omni⸗
bus modis q̃bus põt nos attrahit: q̃ſdã ꝑ p̃di⸗
catõnem. quoſdam ꝑ inſpiratõem. q̃ſdam ꝑ bñ
ficiorum largitõem. q̃ſdam ꝑ flagellatõem. Un
de dicit Beda. Prodig' iſte poſtq̃ in ſemet re⸗
uerſus: dire famis ſupplicia formidabat. velut
iam ſeruus effectus. etiã mercẽnarij ſtatuꝫ de
mercede iam cogitans cõcupiſcit. Ad filij affe⸗
ctũ q̃ oĩa q̃ patris ſũt ſua eſſe nõ ambigit. aſpi⸗
rare nequaq̃ p̃ſumit: ſꝫ mercẽnarij ſtatũ iaꝫ ꝑ
mercede ſeruitur' deſiderat. hec beda. Diſtat au
tẽ int̃ mercẽnariũ. ſuũ et filiũ. Seru'.n.ẽ. qui
ſupplicia metuẽs ſolo tĩore pene p̃ñtis vl' futu
re. tẽꝑat ſe a vicijs ⁊ decliat a malo. Mercẽnari
us aũt. q̃ cauſa mercedis ⁊ deſiderio regni cele
ſtis. obedit mandato et cauet offẽſas. Fili' vo
q̃ ſeruat ius heredis: non ꝑ lucro ſeruit merce
dis. ſed gratia ipſi' boni. ⁊ amore v̾tutũ ſuccen
ſus. q̃cq̃d ẽ illi cõtrariũ. toto deteſtat̃ deſiderio.
Et ſurgens implendo qd̃ deliberauerat: venit id
eſt venire cepit. ſe ad penitentiã ꝑ bona opera
diſponẽdo: ad patrẽ ſuuꝫ ei' g̃raꝫ requirendo.

Eſt aūt pater redeuntibꝰ clemēs. nam ſeqtur.
Cū autem adhuc longe eſſet. id eſt attritꝰ ⁊ mo
tus ad penitendū: non tamē pfecte contritus
ad qđ requiritur gratia dei pueniens. ideo ſub-
dit̄. vidit illū pater ipſius oculo clemētie. vt di-
cit. Criſ. Deſit pater penitētiā. nō expectauit
recipe ꝯfeſſionis verba. ſed puenit petitōꝫ mi-
ſericorditer agens. Vn̄ ſubdit̄. Et miſcōia mo-
tus ē. miſericordit̄ ei īſpirādo motū pnīe. Et ve
lociter accurrēs. ipm puenīēdo p miſericordi-
am īchoantem: cecidit ſup collum eius. cuꝫ a-
moris amplexibus cōſtringēndo. p miſericordi
am cōcomitantē: oſculatus ē euꝫ dulciter ipm
ſibi pfecte recōciliando p gratiā ſubſequenteꝫ
Occurrit q̄ppe deus penitenti p gratiam puenīē
tem. ⁊ recipit eum p clemētiā omnia ſcelera di
mittentē. Vnde Gregoꝰ niſſenꝰ. Cōfeſſiōis me-
ditatō placauit ei patrē vt obuiā ei iret ⁊ oſcu
la ꝯferret. Vn̄ ⁊ Criſ. Quid. n. ē aliud quod oc
currit. niſi q: nos pctīs īpedientibꝰ noſtra vtu
te ad eū puenire nō poteramꝰ: ipe aūt potens
ad īualidos puenire deſcēdit. Oſculet̄ autēꝫ os
eius. p qđ emiſſa de corde ꝯfeſſio penitētis exie
rat. quā pater letus excipit. Incipit aūt iā pec
cata confiteri. Vnde ſequit̄. Dixit ei filiꝰ. Pa-
ter peccaui ī celū ⁊ corā te. iam nō ſū dignꝰ vo-
cari filiꝰ tuꝰ. quod ītellige vt ſupra. ſed hic iam
nō facit mentōem de ſtatu mercēnarij. q: poſt-
q̄ ſuauiſſimuꝫ oſculum recepit. extunc ſtatum
mercēnarij dedignatur. Sed vt dicit Beda pa-
ter occurrens. nō contentus minora cōcedere
vtroq3 gradu ſine dilatione trāſcurſo. priſtine
filioꝝ reſtituit dignitati: nec iaꝫ de mercede cō
ductoris. ſꝫ de hēditate fecit cogitare parentis
Dixit aūt pr̄. ſ. deus. ad ſuos ſuos. i. ad apl'os.
et eccl'e miſtros. q̄bus xp̄c pcepit benigne reci-
pe penitētes ⁊ ꝯfitētes. Cito pferte ſtolam pri-
mam. i. cito pferendā et reſtituendā vere peni-
tentibus innocentiam nunciate ⁊ promittite.
⁊ induite illum. id ē oſtendite ⁊ certificate illū
induendum: ⁊ date anulū. id eſt fidei ſignacu-
lum docete dāduꝫ ī manu. i. ī ope eiꝰ: vt p opa
fides clareſcat. ⁊ p fidē opa ꝯfirmēt̄: anulꝰ. n.
rotūdꝰ cū nō hēt principiū neq3 finē ſignificat
fidē eterne trinitatis. quo fidel'ai̅a deo deſpon-
ſat̄. Hunc anulū debent miſtri eccleſie in ma-
nu dare. docēdo ipm habendū ī opere. fides. n.
ſine opibus mortua eſt. ⁊ ſimil'r opus ſine fide
non ſufficit: ⁊ calciamēta. id eſt ſanctoꝝ exem-
pla ī pedes eiꝰ. ſcilicet ī intellectu ⁊ affectu. ſm
Criſ. ad non tangendum terrena. ⁊ ad corri-
gendū viā. vt p lubricū mundi iſtiꝰ iter fixus ⁊
īmaculatꝰ incedat. Et adducite vituluꝫ ſagina
tū. i. xp̄m. quē ſm Criſ. vitulum nominat. p-
pter hoſtiā ⁊ īmolatōꝫ corpis immaculati. ſa-
ginatū autem dicit̄. ppter gratiarū pinguedi-
nē ⁊ plenitudinem. q: pinguis ⁊ optimus oīm
ſpūali virtute ītantū eſt. vt pro totius mundi
ſalute ſufficiat. ⁊ occidite. hoc ē ſm Augꝰ. mor
tem eius inſinuate. tunc. n. cuiq3 occiditur cuꝫ
credit occiſum. Hic ergo vitulus filio reuerte-
ti adducit̄ et occidit̄. quādo xp̄i paſſio gentili
ꝑpl'o cuilibet peccatori pdicat̄: aut quādo ī ſa-
cramēto eukariſtie miſtrat̄. Hic vitulus ſemel
occiſus eſt in re. ſed multotiens in ſacramenta
li repreſētatōne. quottidie vō īmolat̄ credenti
um fide ⁊ pdicātiū recordatōne. Et māducemꝰ
⁊ epulemur. q: peccator vere penitēs ad menſā
xp̄i cū alijs xp̄ianis recipit̄: et nōſolū filius re
uerſus reficitur: ſed etiam pater ⁊ ſerui eius.
q: refectō dei ⁊ ſanctorum eſt ſalus peccatoruꝫ
⁊ ideo bene dicit pluraliter. manducemꝰ ⁊ epu-
lemur. Vnde Ambroꝰ. Epulātē aūt inducit cū
dicit. epulemur. vt oſtēderet qm̄ paternꝰ ē cibꝰ
ſalꝰ nr̄a. ⁊ patris eſt gaudiū noſtrorum redem-
ptio peccatorum. Quia hic filius meus mortu
us erat. ſpiritualiter per infidelitateꝫ et morte
culpe: ⁊ reuixit p fidem ⁊ vitā gratie. Vel mor-
tuus erat p ſeparatōem a deo tanq̄ a patre. et
reuixit reuertendo ad deum tanq̄ ad patrē ſu-
uꝫ. q: ſm Augꝰ. vera mors quē hoīes nō timēt
ē ſepatō aīe a deo. q̄ ē vera vita aīaꝝ: pierat. ſ.
recedēdo a ꝯſortio ſctoꝝ q̄i a fratre. ⁊ īuētꝰ ē. q:
matri eccl'e reſtitutꝰ p baptiſmū vel penitenti-
am. Et nota hic circa receptōem peccatoris. q̄
pr̄ de celis recipit penitēteꝫ velociter. qđ notat̄
cū dicit̄: accurrēs cecidit ſup collū eiꝰ. q: deus
pronus eſt ad miſerendum: ⁊ tardus ad puniē-
dum. cuiꝰ natura ⁊ ppꝛietas eſt miſereri ⁊ par-
cere. ſcđo recipit dulciter recōciliādo eū p gra
tiā ſibi. ideo dicit̄. cecidit ſup collū eiꝰ. tercō re
cipit honorabiliter. dando ſtolā pmā. id eſt re-
ſtituendo īnocētiā. quā ībaptiſmo īduerat. ſed
p pcēm pdiderat: ⁊ anulū ī manu eius. id ē gra
tiam bn̄ opandi q: non ſufficit habē īnocentiā
niſi fiāt opa bona: ſꝫ q: ī operando ſepe aduer
ſa occurrūt. iō ſubdit̄. ⁊ calciamēta ī pedes eiꝰ
id ē ꝯſtātiā ꝯtra aduerſa. q̄rto recipit letanter
vnde dicit. māducemꝰ ⁊ epulemur. deꝰ. n. ipi pe
nitenti ꝯſolatōnes ⁊ dulcedines īfūdit. ⁊ in cō
uerſione peccatoris ipe deus ⁊ angeli et omnes
ſancti gaudēt. Erat autē filiꝰ eꝰ ſenior ī agro
id eſt iudaicus populꝰ in cultu vnius dei occu-
patus erat legem obſeruando. vel xp̄ianus in
iuſticia pſeuerans. remiſſe tamē operando. Et
cum veniret ⁊ appropinquaret domui. ſ. eccl'e.
audiuit ſymphoniā ⁊ choꝝ. ſ. penitentes. deum
laudantes. ⁊ ī dn̄o gaudendo epulantes: inter-
rogauit vnū de ſuis q̄ hec eſſēt. ſ. feſta eccleſie
vel gaudia. Iſq3 dixit illi. Frater tuꝰ. i. genti-
lis populꝰ vel peccator venit: ſcꝫ ad fidē ⁊ peni
tētiā: ⁊ occidit pater tuꝰ id eſt deus q̄ eſt pater
oīm p creatōeꝫ: vitulū ſaginatū. id eſt xp̄m. qđ
intellige: vt ſupra eſt dictū. q: ſaluū ipm rece-
pit. ſ. gētilē ꝑpl'm ⁊ pctōrem. Indignatꝰ eſt aūt
frater ſenior. tal'. n. aliqn̄ mirat̄. q̄ deꝰ reſpicit
magis peccatorem conuerſum. dando ei vtutē
fortiꝰ operandi: ⁊ talis admiratō pōt dici indi
gnatō large loquēdo. inq̄tum talis non videt̄
dignus tanto bono: ⁊ nolebat ītroire. ſ. ad cō-
uiuiū. i. ī eccl'am vel pctōrum ꝯmunionē. pro-
pter indignatōeꝫ. Pater ergo illiꝰ. ſ. deꝰ. volēs

pacificare ⁊ amoue͛ hãc admiratõꝫ ſeu idigñtõꝫ ⁊ cupiẽs hũc ſaluare. vult.n. oẽs hoĩes ſaluos fieri egreſſ⁹.ſ.de domo ſynagoge ĩ eccl'aꝫ. vl' de rigore iuſticie ad miſcdiaꝫ. cepit rogare illũ ꝑ ſe.ſ.iterna iſpiratõe ⁊ ꝑ ſuos vicarios.ſ.aplica ꝑdicatõe et alioꝝ erudicõe.oſtẽdẽs iuſto q͛ hoc nõ puenit ex ꝑte vetis pctõris penitẽtis.ſꝫ ex infinita boĩtate dei ↄferẽtis.ſm ſua vera iudicia facultatẽ oĩm trãſcẽdẽtia.⁊ q͛ q̃cq̃d opat' iuſte fit.licꝫ hoĩb⁹ aliqñ al'r videat'. At ille rñdẽs dixit prĩ ſuo idignatõis ſue cãm oñdẽdo. Ecce tot ãnis ſeruio tibi.ſ.legis iuſticiã ſectãdo. vl' ꝑ te mala ſuſtinẽdo ⁊ bona faciẽdo ⁊ nũq͛ mãdatuꝫ tuũ ꝑteriui.qd.ſ.ẽ de vno deo colẽdo vel a iuſticia ĩcepta recedẽdo.⁊ nũq͛ dediſti mihi hedũ. qꝛ oĩa bñficia vetis legis modica ſũt.⁊ quaſi nullı⁹ reputatõis reſpectu bñficiorũ noue legis: vt cũ amicis meis epularer.ſ.cũ ꝓphis.prĩarchis ⁊ ãgel'. vel hedũ.i.tãtã pctoꝝ exprobratõem ⁊ abhoĩatõꝫ. vt epularer ꝑ deuotõis feruorẽ. Sꝫ poſtq͛ hic fili⁹ tu⁹ venit q̃ deuorauit ſubaꝫ ſuaꝫ ſ.tpalẽ ⁊ ſpũalẽ.cũ mẽtricib⁹.i.cũ carnalib⁹ vicijs ⁊ ſpũalib⁹.occidiſti ei vitulũ ſaginatuꝫ.ſcꝫ xp̃m. vel dediſti ei magne deuotõis piguedinẽ. .q.d.ſm ordĩatõꝫ tuã hoc fuit. At ipe.ſ. pr̃.dixit illi.ſ.filio ſeniori tãq͛ pi⁹ pr̃ ipm plac volẽſ Fili: tu ſꝑ mecũ es.ſ.ꝑ legis obſuãtiã. vel ꝑ iuſticie cuſtodiã: et oĩa mea tua ſũt.ſ.bona grẽ ĩ re.⁊ bona glẽ ĩ ſpe.q.d.tanq͛ iure hẽditario ꝑ debitũ remũeratõis tibi oĩa mea debẽt'. Epulari aũt ⁊ gaudẽ oportebat.qꝛ fr̃ tu⁹ h.ſ.vñ ↄgaudẽ debẽs nõ idignari: mortu⁹ fuerat.ſ.ꝑ ꝑuatõꝫ fidei.q̃ ẽ aĩe vita. vel ꝑ amiſſionẽ ĩnocẽtie ⁊ iuſticie: ⁊ reuixit ꝑ ſuſceptõeꝫ fidei ⁊ recuꝑatõꝫ ĩnocẽtie: ꝑierat ꝓpter moꝝ amiſſionẽ. et ĩuent⁹ ẽ.qꝛ reddit⁹ mr̃i eccl'e ꝓpter emendatõeꝫ Mouet eum gaudẽ: qꝛ ĩ hoc apparet optĩe bonitas hoĩs.qñ.ſ.libẽter videt emẽdatõem ⁊ correctõeꝫ fr̃is. Vñ Aug⁹. Nihil ita ꝓbat ſpũalẽ virum ſicut peccati alieni curatõ.cũ liberatõem potius q͛ ĩſultatõem. potius auxilia q͛ ↄuicia meditat'. et quãtũ facultas ẽbuit: ſuſcipit. Vbi Criſ. Hec ḡ pabola ad hoc ẽ ↄpoĩta q͛ pctoreſ ñ diffidãt reuerti ſciẽtes q͛ mag̃ ↄſeqnt'. vñ introducit alios turbatos ĩ eoꝝ boĩs.nõ vt iudicet eos liuore tabeſcẽtes ſꝫ tãto decore honoratos redeũtes. vt etiã ĩuidioſi poſſint alijs fieri. hec Criſ. vñ ⁊ Hyo. vẽ opti⁹ ⁊ ſupopti⁹ ihs xp̃c q̃ ⁊ r̃deũtib⁹ amabilẽ ſe exhibꝫ.accedẽtib⁹ q̃ꝫ occurrit ⁊ obuiat: ⁊ totus totos amplectãs ſalutat.⁊ ĩ humeros tollit.q̃s vix ab errore ↄuertit nec de ꝑorib⁹ illos accuſat.ſꝫ die feſtũ agit ⁊ amicos ↄuocat: ⁊ vt ſit oĩm letãtiũ hitudo: optimos q̃ꝫ ãgelos ĩ leticiã ſuſcitat. hec hyo. Quotidie de⁹ filiũ recipit reuertẽtẽ. hũ quelibꝫ pctorẽ recipit penitẽtẽ: ⁊ alia ſuꝑdicta circa euꝫ facit. hũ grãm ĩ baptiſmo recepat: ⁊ ꝑ culpaꝫ perdiderat. iteruꝫ illi reddit. Igitur non debemus fratrem noſtꝝ peccatorẽ ↄtemnere vel derelinquere. ſed reuertenteꝫ dulciter recipe. ac caritatem circa eum oſtendere et benigne tractare: vel ſaluator noſter irat⁹ nos peccatores merito ↄdẽnat vt iuſte dereliquat. Cõſidera nũc quãtũ opat' penitẽtia.⁊ quãta ſit circa penitentes dei miſcdia. vnde Bernh. O felix penitentiũ humilitas. o bona ſpes confitentium q͛ facile vicis ĩ uĩcibilem. q͛cito tremebũduꝫ iudicem ↄuertis ĩ piſſimũ patrẽ. Et iterꝝ. O que et qualis ⁊ quanta eſt miſericordia dei. que pctorem ↄuerſum non minus diligit.q͛ eum q̃ nullaꝫ peccati maculã ↄtraxit. hec Bern. Tres igit' pabole vno fine claudũtur de quibus Ambro. ſic loq̃t'. Nõ ocioſe ſanctus Lucas ex ordine tres pabolas poſuit. ouis q̃ ꝑierat ⁊ ĩuenta ẽ: dragma q̃ ꝑierat ⁊ ĩuẽta ẽ. fili⁹ q̃ erat mortu⁹ ⁊ reuixit: vt triplici remedio ꝓuocati vulnera noſtra curem⁹. Spartũ.n. ẽplex nõ corrũpet'. Qui ſũt iſti. pater. paſtor. mulier. Nõne deus pater. xp̃c paſtor. mulier eccl'a: xp̃c te ĩ corpore ſuo r̃uehit. q̃ tua ĩ ſe pcta ſuſcepit: querit eccl'a. recipit pater. Quaſi paſtor reuehit. quaſi mulier inquirit. quaſi pater veſtit: ꝑma miſcdia. ſecunda ſuffragatõ. tercia reconciliatõ. Singula ſingul' quadrãt. Redemptor ſubueit. etiã ſuffragat'. auctor recõciliat'. Eadeꝫ diuine opis miſcdia. ſed diuerſa ꝑ meritis noſtris gratia. Ouis a paſtore laſſa reuocat'. dragma que ꝑierat inuenit'. ad prẽm filius ſuis veſtigijs redit: ⁊ plena condemnati erroris regredit' penitentia. Oues ſum⁹. orem⁹ vt ſuꝑ aquã refectõnis nos collocare dignet'. Oues ĩquã ſum⁹. paſcua petam⁹: dragma ſum⁹. habeam⁹ ꝑciũ. filij ſum⁹. ad prẽꝫ redire feſtinem⁹. Nec verea re. ne te nõ recipiat. Nõ.n. delectat' deus ꝑditõne viuoꝝ. Iam occurrẽs veniẽte tibi cadet ſuper collũ. dominus erigit elyſos: oſculũ dabit. qd ẽ pignus amoris: ſtolam. anulũ. calciamenta ꝓferri iubebit. Tu adhuc ĩiuriã metuis. Ille reſtituit dignitatẽ. Tu ſuꝑpliciũ vereris. ille oſculũ defert. Tu ↄuiciũ times. Adornat ille ↄuiuium: facile recõciliat'. qñ intenſe rogat'. Et ideo diſcamus quali pater obſecratõe ſit ambiẽdus Pater inq̃t. O miſericors. q͛ pius. qui nec offẽſus patriũ dedignat' nomẽ audire. Pater iquit peccaui ĩ celum ⁊ coram te. Hec eſt prima confeſſio apud auctorem nature. apud ſolem miſericordie. arbitruꝫ culpe. Sed ⁊ deus nouit oĩa voceꝫ tamen tue confeſſionis expectat. Ore.n. ↄfeſſio fit ad ſalutem. Confitere magis. vt interueniat ꝑ te xp̃c. quem aduocatũ habem⁹ apud patrẽ: roget eccl'a. illac̃met ꝓplus. nec verea re ne nõ impetres. Aduocat⁹ ſpõdet veniã. patron⁹ ꝓmittit grãꝫ. recõciliatõem tibi paterne pietatis pollicetur aſſertor. crede qꝛ veritas ẽ. acq̃eſce quia virtus ẽ. habet cauſam vt ꝑ te iteruemiat. ne ꝑ te gratis mortu⁹ ſit. Habꝫ ⁊ cãꝫ ignoſcendi pater. qꝛ qd vult fili⁹ vult pater. Occurrit tibi qꝛ audit te ĩtra mentis ſecreta ↄtãteꝫ Et cũ adhuc longe ſis. videt ⁊ accurrit: videt ĩ pectore tuo. accurrit ne q̃s ĩpediat. complectit' q̃ꝫ. In occurſu ꝑſtia ẽ. ĩ amplexu clementia. et quaſi q̃dam patrij amoris affectus. ſuꝑ colluꝫ

cadit. vt iacētē erigat. vt oneratū pc̄tis atqꝫ i ē
rena defluxū reflectat ad celū. i quo ſuū ꝗrat
auctorē. Cadit i collū tuū xp̄e. vt ceruicē iugo
exuat ſeruitutis. ⁊ collo tuo iugū ſuaue ſuſpen-
dat. hec Ambro. Cōſidera nūc ex p̄miſſis ꝗ̄nt̄-
tis modis īducit nos deꝰ. vt puſillos ⁊ humiles di
ligamus: nec aliquē ex his ꝯtēnamus. ſꝫ ſalutē
eoꝝ cū diligētia ꝗramus. Vn̄ Criſ. Vides ꝑ q̄t
īducit nos ad vilitū fratꝝ diligētiā. ne vtiqꝫ cō
tēnamus tales aīas. etenī hec oīa dicta ſūt pro
pter hoc. Omīa ergo ſūt tolerabilia ꝓpter ſalu-
tem fr̄is. Ita enī ſtudioſiſſimuꝫ q̄d deo eſt aīa.
vt neqꝫ ꝓprio filio ſuo pepcerit. Jō rogo mane
apparēte. ꝯfeſti exeūtes a domo: hāc vnā īētō-
nē habeamꝰ. ⁊ idē ad om̄is ſtudiū. vt eū q̄ ꝑicli-
tat̄: eripiamus. nō dico hoc ſolū ſenſibile ꝑicu
lū. ſꝫ id quod eſt aīe. id eſt a dyabolo hominibus
īfertur. hec Criſoſtomus. Oratō.

Veni dn̄e ihu quere ſeruū tuū. veni pa-
ſtor bone q̄re errātē ⁊ laſſā ouē tuam:
veni ſpōſa matris eccl̄e quere dragmā
ꝑditam: veni pater miſc̄dīe: recipe filiū ꝑdiguꝫ
ad te reuertentē. Veni non cum virga ſed cum
caritate ⁊ ſpūs manſuetudīe. Veni ergo domīe
q: ſolus es q̄ poſſis errātem reuocare ꝑditū īue
nire. profugū recōciliare. veni vt facias ſalutē
i terris. gaudiū i cel̄. ⁊ ꝯuerte me ad te: ⁊ da mi
hi verā ⁊ ꝑfectā pn̄iaꝫ agere. vt ſim angel̄ occa
ſio leticie. dn̄e deus ſalutis mee Amen.

De modo correptōis fraterne ⁊ de dimittēdo
fratri ſeptuagieſſepties. Ca. VIII.

Et quia deus gaudet de
peccatore cōuerſo. cōſequenter dat
modum reducendi peccatorem ad
ouile domīcum: ⁊ quomodo ꝑeun-
ti ꝑ culpam. ſuccurratur ꝑ correptōem frater-
nam. Circa hanc ſo correptōem fraternam eſt
ſciendum. ꝙ corripe peccātem p̄ceptum eſt af-
firmatiuū: et eſt oīm i omnes. q: ſcd̄m gloſam
ita peccat q̄ fratrē ſuum peccare videt ⁊ tacet.
ſicut qui peccanti non īdulget. Jſta enī corre-
ptō ordīatur ad emendatōem fratris peccātis.
⁊ ideo eſt actus caritatis. ⁊ ꝑtīet ad omnes.
quia vt dicitur i eccleſiaſtico. vnicuiqꝫ manda
uit deus de proxīo: ⁊ ideo ſicut q̄libet tenetur ꝓ
ximū ex caritate diligere. ita tenetur defectus
eius caritatiue ad emēdatōeꝫ eius corrigē. Plꝰ
tamē ad hoc ligātur p̄lati ꝙ alij: q: prelati ex
zelo caritatis ⁊ ex officiō p̄latōis. ſed alij tm̄ ex
zelo caritatis. Item prelati habent corripere v̄
bo et flagello. alij tm̄ verbo. Et cum ſit prece-
ceptum affirmatiuum. ligat ſemꝑ: ſed non ad
ſemꝑ exeq̄ndum. ſed pro loco ⁊ tempore: quan
do licet ⁊ expedit. ⁊ hō credit. ꝙ correptō ſit vti
lis. apud illum quē corrigere itendit. Sunt
autem quiqꝫ caſus i q̄bus abſoluitur homo ab
iſto precepto. Primus eſt. cuꝫ non ſit aliq̄ ſpes
correctōis. vnde Hieronimus. Fruſtra niti et
nihil aliud ꝙ odiū querē. extreme dementie ē.
Secundus cum timetur defectus probatōnis.

et crimīaliter agitur. vbi ſcꝫ actor ad talionem
ſi i probatōne deficiat: obligatur. Tercius cuꝫ
prelato tanꝙ iudici notum eſt factum. quia il-
le notorius eſt vel cōuictus. Quartus cum me
liori oꝑi vel ad minus eque bono vacat. ſicut
monachi facē debent. Quītus cū multitudo vl̄
poteſtas ē i culpa vbi correptō plus noceret ec
cl̄e ꝙ ꝓdeſſet. vnde eſt verſus. Non ſpes non te-
ſtis plebs. p̄ſul ſcit monachus ſū. Oſtēdit er-
go h̄ debitū modū correptōis huiꝰ. et q̄s ordo i
proceſſu eiꝰ ſit ſeruandus. Quia peccatum fra
tris. aut eſt tibi ſoli cognitū: aut alijs paucis ē
notū. aut eſt publicum. Si tu ſolus ſcis nō vt
deus ꝑ confeſſionem. ſed vt homo ꝑ certam co
gnitōeꝫ: debes ipſū corrigere amicabil̄r. ſecre-
te ⁊ ſeorſū. vn̄ dic̄. Si peccauerit i te. id ē (ſcd̄m
Augꝰ) te ſciēte. frater tuꝰ. ſ. ꝓximꝰ: corripe ⁊ i
crepa eū dulciter. ⁊ caritatiue monēdo. ſecrete i-
ter te et ipſū ſolū. vt nō deducat̄ i publicū q̄d ē
occultū: vt ſic ſis emēdator. non crimīs ꝓditor
itēdēs correctōem. parcēs pudori: ne ſi publice
correptꝰ ſemel pudorē aut verecūdiā amiſerit. i
pc̄to ꝑmaneat. ⁊ ꝑiatior effectꝰ. difficile emen
dabil̄ maneat: forte enī p̄ verecūdia icipiet defen
dē pc̄tm ſuuꝫ. ⁊ quē vis facē correctorem facis
peiorē. Peccat ḡ frater i illos. q̄bus ſcientibus
peccat. q: quātū i eo eſt. exēplo corrūpit quos
teſtes ſue iniq̄tatis efficit. Corripe iquā cum nō
laudes adulādo. nō occidas conuiciādo. nō ſile
as verecūdando. nō negligas pigritādo. nō diſ
ſimules inimicitias vel dāna tēporalia metuēdo
nō iuues obſeq̄um p̄ſtando. vnde dic̄ Seneca.
Amici vicia ſi feras: facis tua. Hīs peccas. cū
peccāti obſeq̄um accomodas. hec Seneca. Et
ſi te audierit penitēdo ⁊ a pc̄to ceſſādo lucratꝰ
eris illū aīaꝫ eiꝰ ſaluādo. ⁊ eꝰ reuocatō cedet ti
bi in lucꝝ ſpūale. ſ. ſalutis aīe tue. q: vt dic̄ Hie
roꝰ. Per ſaluteꝫ alteriꝰ nobis quoqꝫ acq̄ritur
ſalus. Et certe libenter ac patiēter debet q̄s re-
cipe correptōem. ꝓpter aīe ſue vtilitateꝫ. vnde
Seneca. Moneberis libēter ⁊ rep̄hēderis pati
ent̄. Si merito obiurgauit te aliq̄s: ſcito q: ꝓ-
fuit: ⁊ ſi imerito. ſcito q: prodeſſe voluit. Nō a-
cerba ſed blāda v̄ba tieas. hec ſeneca. ſi autē te
nō audierit. taceas ⁊ ceſſes donec aliā viā ꝓce
dēdi habeas. Alia aūt via poteſt haberi dupl̄r
q: illud peccatū aut eſt iterabile: aut non. ſi ſit
iterabile. debes aliq̄bus bonis q̄ velit ꝓdeſſe ali
q̄d dicere. ꝑ quod poſſūt eū dep̄hēdere. vt tecuꝫ
poſſint eū corripe. Si autem non ſit iterabile.
nihilominꝰ corā talib; potes eū corripe. vt ō il
lo peniteat. ⁊ de ſil̄i ſibi timeat. nec es proditor
fraterni crimīs ſicut dicit Auguſtinꝰ. Si ergo
ꝑ primam viam peccator nō emēdatur. adhibe
tecū vnū vl̄ duos. ita ꝙ ſm̄ Hiero. cū peccator
nō audit corripientē i ſecreto p̄mo. debet adhi-
beri vnus. q̄ ſm̄ Augꝰ. vult ꝓdeſſe nō obeſſe. ꝙ
ſi nec illū audierit. adhibeatur ⁊ tercius. vl̄ cor
rigendi ſtudio: vt. ſ. aut āmonitōne. aut pudo
re corrigat̄. vel conueniendi cum ſub teſtibus.
vt de peccato conuincatur. vel ſcd̄m gloſam. ſi

dixerit nō eſſe pctm̄ ꝓbent ꝯtrariū. vt ī oꝛe duoꝝ vel triū ſtet omne vbū. Si ḡ pctm̄ oīno eſt occultū. tunc frater coꝛripiat̄ occulte. ſi aūt ē publicū. tunc debet corripi publice: qꝛ tūc non ſolum opus eſt vt ipe emendetuꝛ. ſed ⁊ alij quos ſcandalizauit ī ipſa punitōne edificētuꝛ. ⁊ eius exemplo alij timeant ⁊ a malis coherceant̄. Et ſi non ꝓſit ſecunda via addit dominus terciā que habet vim coactiuā: dicēs. ꝙ ſi eos ſcꝫ tecū coꝛripiētes ⁊ ꝯmouētes. nō audierit ſe corrigendo. dic eccl'e. i. ꝑlato: ꝑ denunciatōnē publicā ſibi intimando. vt qui prius eras coꝛrector. ꝓpter eius ꝑtinaciam fias accuſatoꝛ: ⁊ tūc ſunt teſtes inducēdi ad facti ꝓbatōem. q̄ ꝑius fuerant īducti ad fratris ſecretā ām̄onitōnē: vt q̄ emēdari noluit coꝛrectōe frn̄a. in iudicio ꝯiūct⁹ coherceat̄ a malicia. Quos aūt non potes coꝛripiēdo aut mouēdo vel accuſādo cōuertere. ſtudeas ſaltē orādo acq̄rere. Deīde ad penā peccātis publice ꝓcedit: dicēs. Si autē ⁊ eccl'am nō audierit. ꝑceptū ꝑlati ꝯtemnēdo: ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanus. ī numero fratrum non computandus. id eſt ſeparet̄ a communione fideliū. ꝑ excōmunicatōnē ⁊ cēſurā eccl'iaſticā: ⁊ deuita eū tanꝙ̄ hereticū ⁊ excommūicatū. vt vel ſaltē pudoꝛe coꝛrigat̄. ⁊ obpꝛobrijs ſaluet̄. Ethnicus dicit̄ gentil'. ethna eīm grece gens ē latine. Publicanus dicit̄ q̄ lucra ſeculi ſectat̄ ꝑ fraudē ⁊ furta ⁊ ꝑiuria. vel q̄ publicoꝝ exactor ē vectigaliū. Pꝛoponūt̄ aūt iſti ī exemplū. qꝛ apud iudeos quaſi excōmunicati habētur: non. n. eis coutunt̄. Et in hoc culpa eius ⁊ ꝑtinacia magis deteſtabil' oſtēdit̄: deteſtabilioꝛ. n. eſt ī eodem genē peccati: ⁊ paribus alijs circumſtantijs. q̄ ſub nomine fidel'. agit opera īfideliū ꝙ̄ q̄ apte gentiles ſunt. Nec tamen ideo negligenda eſt ſalus eius. Nam ⁊ ipoꝝ gētilium ⁊ publicanoꝛum ſalutē ſemꝑ īquirim⁹. Pꝛima ḡ coꝛreptō eſt amoꝛis. ſcd̄a tīoꝛis. tercia pudoꝛis: qꝛ ꝑmo frateꝛ reuocādus ē amoꝛe ⁊ ſi hoc non ꝓficit. reuocandus eſt timore: et ſi hoc nō ſufficit. reuocand⁹ ē pudore. Sane ꝑdict⁹ oꝛdo frn̄e correptōnis ītelligit̄ tm̄ de criminalibus. Solent aūt clauſtrales ſe ī ſuis capitul' accuſare. nō ꝑmiſſa ām̄onitōne: caueat ꝗ̄ accuſāe. ne hoc ad īfamādū ſed ad coꝛrigēduꝫ faciat. qꝛ aliter grauiter peccaret. Felicioꝛ ē q̄ ſeipm̄ accuſat. ⁊ accuſatōem aliunde non expectat. Et ne q̄s ſupbus ſequeſtratōem vel excōmunicatōꝫ talē ꝯtēnēt. poteſtatē tribuit apl'is vt ſciant q̄ a talibꝫ damnant̄. eorū ſententiam nō contemnendā: qꝛ robur ⁊ firmitateꝫ habet a deo: confirmāte ī celo qd̄ miſter eius facit ī terra. Vn̄ dicit. Amē dico vob. quecūq̄ ligaueritis ſup terraꝫ. i. in eccleſia militante ab ea excludēdo: erūt ligata ⁊ ī celo. i. ī eccl'a triūꝑhante: qꝛ talis ſn̄ia cōfirmabit̄ diuino iudicō: et q̄cunq̄ ſolueritis ſup terraꝫ vocando ad eccleſie vnitatē. erūt ſoluta ⁊ in celo ꝑ diuinam approbatōem. Aci dicat. Sentētia veſtra firma ſtabit. ī abijciendo contumacē ⁊ ī recipiēdo penitētē: adhibita tn̄ debita diligētia īferendo ſentētiā. Siue aūt iuſte ſiue īiuſte ꝓferat̄: ſemꝑ ſententia paſtoꝛis timēda ē: ne forte culpa q̄ nō ſit ex ope. fiat ex elatōne. Hoc dīc ad ꝯmendatōeꝫ auctoꝛitatis eccleſie. ⁊ ad terroꝛem peccatoruꝫ vt cohercean̄t a malis: ⁊ peniteāt de cōmiſſis. quādo audiūt ꝙ hic ī terra ꝓpter culpaꝫ ligati ligamur ⁊ ī celis. Qd̄ vō hic generalr̄ oībus dicit̄: dictū fuit ſupra petro ſingulariter: ī q̄ tamen omnes ītelligunt̄. Deinde vt peccatores nō cōtemnāt penā qua ab eccleſia excludūtur ponit duo cōmoda ex vnitate ⁊ communione eccl'e. q̄bus ab eccl'a ꝑciſi ⁊ excōicati ꝑuantur. Pꝛimū tangit cū dicit. Si duo ex vobis conſēſerit. in bono ꝑ vnionē fidei et nexū caritatis: ſuꝑ terrā. vbi ē oportunitas merēdi vl' demēndi. ⁊ de alijs iudicādi: de oī re quācūq̄ petierit. cū fide ⁊ ſine heſitatōe: fiet ill' merito vnitatis a p̄re meo celeſti. Semꝑ ḡ orātes exaudiūt̄ ꝯcurrētibꝫ ꝯditōibꝫ ad hoc req̄ſitis. vt. ſ. oꝛēt pro ſe ac pie ⁊ ꝑſeuerāter: ⁊ petant expediētia. ſ. ad ſalutem ꝑtinētia. ac dei oꝛdinatōi ꝯuemētia: ⁊ ſi digni ſunt ipi q̄ petūt. Et iō ſi nō exaudiūt̄. iō ſit. qꝛ ī aliq̄ hoꝝ deficiunt. Sepe etiā ꝑ alijs exaudiūt̄. ⁊ ſi nō oratō eoꝝ ī ſinū eoꝝ conuertetuꝛ. Vbi Oꝛig. Et iſta ē etiā cauſa ꝓpter quam nō exaudimur orātes: qꝛ nō ꝯſētim⁹ nob ꝑ oīa ſuꝑ terrā. neq̄ dogmate neq̄ cōuerſatōe. Sepe eīm ī muſicis niſi fuerit cōueniētia vocū. nō delectat audiētē: ſic ī eccl'a niſi ꝯſenſū habuerit. nō delectat̄ de⁹ ī ea. nec audit voces eoꝝ. Vbi ⁊ Hiero. Poſſum⁹ aūt ⁊ hoc ſpūaliter ītelligē. ꝙ niſi ſpūs ⁊ aīa coꝛpuſq̄ ꝯſēſerit. et non intra ſe bellum diuerſarū habuerit volūtatū: d̄ oīmi re quā petierit īpetrēt a p̄re. Nulli dubiū eſt: qui bonaꝝ reꝝ poſtulatō ſit. vbi corp⁹ vult hr̄e ea q̄ ſpūs. hec Hiero. Scd̄m commodū ē. qꝛ vbi duo vel tres. multomagis vbi plures: ꝯgregati fuerit. i. vniti ꝑ fidē ⁊ caritatē. nō diuiſi ꝑ diſcoꝛdiā ⁊ diſſēſionē. nō diſꝑſi ꝑ ērenaꝝ reꝝ cōcupiſiam. nō ſegregati ꝑ ſingularitatē. ī nomīe meo. i. ad ſalutē ꝓpriā. vel alienam q̄rendā. ad gl'am nomīs mei manifeſtandā. Vn̄ Raban⁹. In nomine domī ꝯgregati ſūt. q̄ ipius gloꝛiaꝫ emulant̄. ipius ſpū feruent. ipm̄ ī omnibꝫ et ꝑ omnia fidei ocul' ⁊ mundo coꝛde nō deſinūt ītueri. Ibi ſū ī medio eoꝝ fauēs eis ⁊ acq̄ſcēs bone volūtati ⁊ petitōi eoꝝ. ac iuuās eos ī oībus Ipē. n. q̄ ē pax ⁊ caritas ac ſūmū et cōe bonū. ſedē atq̄ hītatōeꝫ ſibi ī bonis atq̄ pacificis collocauit. q̄ cū patre celeſti vn⁹ deus. q̄ iuſte petūt ī fide ⁊ grā ꝯgregati: ꝯcedit ⁊ facit. vbi Criſoſ. Nō dicit ſimplr̄ vbi ꝯgregati fuerit. ſed addit ī noīe meo. quaſi dicat. Si q̄s ꝓpter me ꝑncipalē amicitie cāꝫ ad primū habuerit. cuꝫ eo ero. ⁊ ſic ī alijs vtuoſus erit. Vbi ⁊ Rabanus. amat mediū mediatoꝛ dei ⁊ hoīm. q̄ ī medio doctoꝝ īuēt⁹ ē. medi⁹ ſtetit ad baptiſmū. medi⁹ pependit in cruce. reſurgens quoq̄ ſtetit in medio diſcipulorum. medius quoq̄ ad iudiciū veniēs ſepabit agnos ab hedis. hec Raba. Ecce ꝑmiū

ↄcordie ad quā totꝰ iſte ſermo vocat. vn̄ hiero.
Oīs ſupior ſmo nos ad cōcordiā ꝓuocauerat.
Igit̄ et p̄miuꝫ pollicet̄. vt ſoliciti feſtinemꝰ ad
pacē. cū ſe dicat iter duos vel tres mediū fore.
hec hiero. Cōſidera nūc q̄ntā caritatē ꝛ diligen
tiā circa ꝓximū oñdē debemꝰ. vt ip̄m ab errore
reuocemꝰ. Nō eſt. n. maior caritas. q̄ fr̄eꝫ pec-
cātē corripe ꝛ ꝑ eo mori. Sꝫ heu i paucis vera
caritas ꝛ dilectō. q̄ ꝑpter xp̄m eſt expit̄: ꝛ i mlᷓ
tis dilectō ꝛ amicitia ficta repit̄. Vn̄. h̄ ait Cri
ſoſ. Pl'es videmꝰ alias hn̄tes amicitie occaſiōes
hic. n. qm̄ diligit̄ diligit. ille aūt qm̄ honoratuſ
ē. ille aūt qm̄ i alio q̄dam negocō ſeculari ſuit
vtilᷓ. ille aūt ꝑpter aliud tale: ꝑpter xp̄m autē
difficile eſt inuenire aliquē: ꝑprie ꝛ vt oportet
diligē eum ꝓximū quē diligit: ſꝫ omnia ꝑſcru-
tātes. inuenimꝰ apud multos amicitias poeti-
cas. i. ficticias magis q̄ hoc. hec Criſ. Quia
vo dn̄s ſupra loquēs de correctōe fraterna in-
duxit vt peccāti et penitēti remittat̄ iniuria:
ne dubitet̄ de nūero. q̄rit Petrꝰ caput diſcipu-
loꝝ. q̄tiens fr̄i peccāti ſit remittendū: ꝛ petit ſi
ſufficiat ad ſalutē. dimittē ſepties peccāti i eū
Cui iterrogatōni benignꝰ ꝛ miſericors dn̄s re-
ſpōdit. q̄ nō ſolū ſepties. ſꝫ ſeptuagieſſepties re
mittēdum ſit. Scd̄m Augꝰ. ſolet ꝑ ſeptē cuiuſ
libꝫ rei aut tempis vniuerſitas iudicari. vnde
i pſalmo canit̄. Septies i die laudē dixi tibi ni
hil aliud ē q̄ ſemꝑ laus eiꝰ i ore meo. Vndena-
rius vo trāſgreſſionē ſignificat. q: vbi trāſgre
deris denariū i q̄ decalogꝰ ↄſiſtit. ad vndenari-
um vadis. trāſgreſſio aūt peccatū ē. Omnē er-
go trāſgreſſionē ꝛ iniuriā. ac omnia peccata i
telligi ꝛ dimitti voluit. q̄n ſeptuagieſſepties di-
xit qd̄ ex numero vniuerſitatis ꝛ numero trāſ
greſſionis. i. ex ſeptē ꝛ vndecim cōpoſitū eſt: q:
ſi vndecī ducas ſepties: fiūt ſeptuagieſſepties.
Vel ponit̄ hic numerus determinatus ꝑ indet̄
minato. aciſ ſm eundē Augꝰ. dicēt. totiēs quo-
tiēs. hoc eſt omnino q̄tienſcūq; peccauerit. to-
tiens dimittas. Ille vo numerꝰ potiꝰ ponit̄. q̄
aliquis alius. q: ab adaꝫ vſq; ad xp̄m fuerunt
lxxvij. generatōes. ꝛ iō ſic xp̄c totiꝰ humani ge
neris deleuit culpas. ſic ꝛ hō omnes ſuas debꝫ
dimittere iniurias. Si. n. xp̄c milia peccatoruꝫ
inuenit ꝛ tamē omnia donauit. noli ſubduce-
re miſericordiam. Vnde ſcd̄m Criſ. cuꝫ dicit ſe
ptuagieſſepties nō numeꝝ certū ꝛ determīatū
ponit. ſed quaſi īfinitū. qd̄ cōtinue ꝛ ſemꝑ eſt ſi
gnificauit. Et ſm Hiero. ſeptuagieſſepties ac
cipit̄ ꝑ ſeptieſſeptuagita: vel ſeptuagieſſeptem
. i. quadringentiſnonaginta vicibus. vt totiens
peccāti fratri dimittas in die. quotiēs ille i die
peccare nō poterit: uel quotiēs peccauerit. vt
nō ſit modus i te nec numerus i remittēdo ſed
ſemꝑ dimittas. Et ſic p̄ma expoſitio refert̄ ad
omnē iniuriā. ſecūda ad omē tp̄s. Vnde Beda
Septenario numero. nō venie dāde terminus
ponit̄: ſꝫ vel omnia peccata dimittēda. vel ſem
per penitēti dimittēdum ꝑcipit̄. Solet em̄ ſepe
ꝑ ſeptē cuiuſlibet rei aut tēpis vniuerſitas iu



dicari. Et iteꝝ. Caute ītuēdum ē: q: nō paſſim
peccāti ſꝫ penitētiā agēti dimittē iubemur. Et
primo q̄deꝫ peccātem miſericorditer īcrepare.
vt ſit cui poſtmodū habeamus iuſte dimittere
Qui ergo vidēs fratrē peccare tacuerit: nō mi
nus domici precepti trāſgreſſor ē. q̄ is q̄ eidem
penitēti veniā dare noluerit: quia q̄ dixit. Si
peītuerit: dimitte. p̄miſit ſi peccauerit: īcrepa
Itaq; venia fratri poſt īcrepatōeꝫ largiēda eſt
ſed illi vtiq; qui penitēdo ab errore conuertit
ne vel difficilis venia. vel remiſſa ſit īdulgētia.
hec Beda. Peccātem itaq; vt cōuertatur corri
piamus. ꝛ penitēteꝫ ſocia caritate colligamus
donātes nobiſmetipis ſm apoſtolū. ſicut deus
i xp̄o donauit nob. Vn̄ Ambro. Diſcas frequē
ter ignoſcere. nec īdignatōem tenere. nihil em̄
eſt quo poſſit offēdi cui ignoſcendi eſt cōſuetu
do. Diſce domare iiurias tuas. q: ꝑſecutoribꝰ
ſuis xp̄c ignouit. hec Ambroſius. Vtꝝ autē
teneat̄ quis remittē iiuriaꝫ īimico nō petēti. ē
diſtiguēdū. Ex iiuria em̄ orit̄ p̄mo rācor i affe
ctu. ſcd̄o rācoris ſignū i effectu. Primuꝫ tenet̄
q̄libꝫ ſtatī remittē etiā ſi iiuriās nō petat veni
am. ſcd̄m tenet̄ remittē veniā veracit̄ petēti. i.
ꝑato emēdare ſm ſuā facultatē: ꝛ tenet̄ ei dicē
aue. ꝛ ſubueire ſibi ſi īdiguerit: qd̄ nō petenti
facē nō tenet̄. niſi ꝑfectꝰ fuerit: licꝫ g̊ nō agat̄
hic niſi de dimiſſiōe penitentis: tn̄ ꝛ penitēti ꝛ
nō penitēti tenet̄ quilibꝫ rācorē odij dimittere
alioquī nō habetur caritas. ꝛ i articulo neceſ-
ſitatis neceſſaria etiaꝫ miſtrare. Perfecti vo q̄
omnia reliquerunt. ꝛ penitentibus ꝛ nō penitē
tibus tenētur veniam dare: obuios ī via ſalu-
tare. circa articulū neceſſitatis neceſſaria mi-
ſtrare. ꝛ multa i hunc modū facē. ad que nō te
nētur imꝑfecti. Vtꝝ vo illi cui facta ē iiuria
debeat amicitiā querē. Sciēdū q̄ duplex eſt de
bitū. Primū ē neceſſitatis. ſine quo nō ē ſalus.
Scd̄m ē ꝑfectōis. Quātum ad primū debitum nō
tenetur quis reconciliatōem querē: ſed de ſecū-
do dicit Criſ. q̄ talis debet recōciliatōem que-
rere. vt duplicē coronā aſſequatur. vnā quia i-
iuriaꝫ paſſus ē. alteraꝫ quia prior rogauit. vn̄
iteꝝ idē Criſ. Excogita quātū noxius es: ꝛ nō
ſolum nō morā facies ad remiſſionē qui tibi i-
iuſticiā fecerat. ſed ꝛ curres ad eos qui te con-
triſtauerūt. vt fiat tibi remiſſiōis occaſio. vt i-
uenias curatōem ꝓprioꝝ maloꝝ. Mercedē inef-
fabilē determinat deus. vt ꝑuenias illū qui in-
iuſta tibi fecit. qui ſi rogatus recōciliatus fue-
ris. nō adhuc dei p̄cepto facta eſt amicitia. ſed
ſtudio illiꝰ. Itaq; ſine corona abſcedis illo bra
uiū accipiēte. Sꝫ mala paſſus es. Sꝫ nihil tā-
tū. quātū tibipſi ꝑpaberis. maluꝫ remeorans.
Sꝫ ꝛ nō poſſibile ē. viruꝫ bonū aliqd̄ malū pa
ti. Si autē dixeris qm̄ īflāmatus es. contume
lie memorans: recordare ſi aliqd̄ factū eſt tibi
bonū ab eo. qui te ↄtriſtauit: ꝛ quot tu alijs fe
ciſti mala. Male tibi dixit ꝛ ↄfudit. ꝑputa qm̄
ꝛ tu alijs dixiſti. Qualiter igr̄ potiens venia i
q̄bꝰ alijs nō pcis? Sꝫ nulli male dixiſti. ſed au-

diſti: dicēdo ⁊ acceptaſti. neqꝫ hoc ē inoxium. Nihil aūt ita dilectōem conſeruat vt nō memiſ ſe eoꝝ q̄ i nos peccauerūt. hec Criſ. Aduertēdū aūt. ꝙ licet offēſa ſit ſemꝑ remittēda. nō tñ iiuria. Si. n. ex remiſſiōe iniurie ⁊ pene debite ſe q̄ret ꝓnitas i eo cui remittit̄ ad facili⁹ peccādū nō eſſꝫ bonū ei remittē. Sil'r ſi ex tali remiſſione eēt ſcādalū alioꝝ: ⁊ obmiſſio iuſticie. Et ſic in caſibꝫ conſil'ibꝫ itellige. Dimittamus ḡ debitoribꝫ noſtris debita pene pcc̄i. ſi peniteant in nos peccaſſe. dimittē ḋo quod q̄s i deū peccat. non ē noſtri arbitrij. Sed vt dicit Hiero⁹. nos ecōtrario i dei iniuria benigni ſum⁹: i nr̄is cōtumelijs odia exercemus. Oratio.

Domine ihu x̄pe mihi idigno ꝓpici⁹ ꝯcede. vt fr̄eꝫ peccātē verb̄ oportune corripiēdo emēdā: et ſi nō verb̄. ſaltē orōnibus. ⁊ bōis exempl'. hoc facē nō deſiſtā. Da mihi etiā vt i vnitate eccl'e ⁊ caritate fraterna ꝑmanēdo. merear i oratōnibꝫ exaudiri. ⁊ te ꝑ fauorē et auxiliū i medio noſtꝝ expiri. q̄ habitatōem tibi i pacificis collocaſti. Inſuꝑ ⁊ hoc tribue mihi. vt quotiēſcunqꝫ peccauerit frater in me. totiēs dimittā ei. ita ꝙ nec rācor iteri⁹. nec rācoris ſignū exterius i me valeat aliq̄l'r reperiri Amen.

De rege q̄ voluit ratōem ponere cum ſeruis ſuis. Ca. IX.

Quod autem dimittendum ſic fratri peccanti. et non tm̄ ſepties. ſed ſeptuagieſſepties: et ꝙ hoc nō debeat alicui graue aut difficile videri. ſi attendatur ꝙ de⁹ maiora remittit in ſe peccanti: oſtendit dominus per exemplum. quia magis ſumus debitores dei. et plus offendimus eū. ꝙ homo poſſet offēdere ꝓximū tanta. n. ē offenſa. quātus ē ille q̄ offendit̄: de⁹ aūt eſt ifinitus. et ideo offenſa i ip̄m commiſſa quādam habet ifinitatē: et tamē quotiēſcunqꝫ offēdimus. totiens ip̄e ꝑatus ē remittē. duꝫ tamē velim⁹ veraciter penitē: ergo ſi ip̄e q̄ ē dn̄s ⁊ rex oīm dimittit ſeruo. multoforti⁹ et nos debem⁹ dimittē peccanti i nos fratri ⁊ ꝓximo. Et ideo ꝑ exemplo ponit ꝑabolaꝫ de rege. q̄ voluit ratōem ponē cū ſeruis ſuis. ⁊ i fine applicat ꝑabolā ad ꝓpoſitū: dicēs. Sic ⁊ pater me⁹ celeſtis faciet vobis. Simil'r. n. deus ponit ratōem cū ſeruis. ſ. hominibus. nam oīm actus de⁹ diſcutit diligenter. ⁊ merita cuiuſqꝫ examinat. ⁊ hoc ꝑ ſcripturas. ꝑ creaturas. ꝑ ꝯfeſſores. ꝑ illuiatōꝫ ꝓprie ꝯſcie. nolēs ratōeꝫ de factis humanis exigere. Poteſt ḡ ꝑabola ad ꝓpoſituꝫ aptari: et ſic exponi. Simile ē regnū celoꝝ. i. ſtat⁹ eccleſie militātis ſeu p̄ntis tꝑis. q̄ regnū celoꝝ dicit̄ tū q: legibꝫ celi ſubijcit̄. tū q: de ea ad celū ꝑuenit̄: homi regi. i. x̄po: q̄ ē verus homo ⁊ verus de⁹. rex regū ⁊ dn̄s dn̄antiū. q̄ voluit rōem ponē cū ſeruis ſuis. ſ. hoībꝫ quoꝝ ē dn̄s. q: ad ip̄m ꝑtinet examinatō meritoꝝ q̄rūlibet ⁊ ſingl'oꝝ.

Et notādū ꝙ dn̄s ponet nos ad ratōem de oībus bonis nob̄ ꝯmiſſis. ⁊ bonis obmiſſis: itēqꝫ de mal'a nob̄ ꝯmiſſis: ⁊ de mal' nob̄ dimiſſis. de p̄mo ē ꝑabola de villico iiq̄tatis. ⁊ iſta ꝯputatō multū timēda ē: multa. n. bona nob̄ ꝯmiſſa ſunt. ⁊ magni valoris. ſ. bona nature. gr̄e ⁊ fortune: de q̄bus omnibꝫ oportet reddere ratōem qual'r eis vſi ſum⁹. Et ſi nō habēm⁹ reddere ratōeꝫ niſi de tempe. multū eēt nob̄ timēdū: omē em̄ tempus homi ipenſū. req̄retur ab eo qualiter fuerit expēſum: ⁊ vna hora temporis poteſt homo abſolui a debito: ⁊ regnum celorum lucrari. De ſcdo ē ꝑabola de talētis. et hec etiaꝫ cōputatō multū ē timēda. cū dn̄s dicat ibidem iutilē ſeruū ꝓijciendum i tenebras exteriores. De tercō ꝯputatō etiā multū ē timenda. cū dominus poſitur⁹ ſit ratōem. etiā de cogitatōnibꝫ ⁊ verbis ocioſis. De quarto ē ꝑabola preſens. ⁊ hec computatō multum eſt timenda. ꝓpter vicium ingratitudinis quod eſt valde ꝑiculoſum.

